



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Nobili Viro Comiti Nivernensi, spiritum consilij sanioris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

Romani Pontificis Lib. XVI.

749

restituto, super proprietate ipsius Ecclesie audiatis caufam, & quod canonicum fuerit sublato appellationis obstaculo decernatis, facientes quod statueritis &c. Tu autem &c. Quod si non omnes &c. tu ea, frater Archiepiscopi &c. Tū denique, frater Archiepiscopi, super te ipso &c. Datum Laterani vi i. Idus Aprilis, pontificatus nostri anno deci moxesto.

*NOBILI VIRO COMITI
Nivernensi, spiritum consilij sanioris.*

Epist. 22.
De causa mo-
raturi Vir-
gilius com-
muni Niver-
nensis.
Epist. 22.
154.159 lib. 1.
154.159 & lib.
154.159 Epist. 22.

Cum pro quaestione qua inter te ex parte una & dilectoris filios Abbatem & conventum monasterij Virziliacensis dioecesis Eduensis ex altera super quibusdam procurementibus annuis, damnis, & injuriis vertebatur, tui & partis alterius procuratores ad noltram praesentiam accesserunt, & in ea fuisse aliquandiu coram nobis prudenter & provide disputatum, tandem ex parte tua relatione tuorum procuratorum accepimus quod tu volens per omnia complacere nostra beneplacito voluntatis, paratus eras in hac causa nostra obtemperare mandatis. Nos autem communicato fratrum nostrorum consilio hoc duximus injungendum, ut cum tu & successores tui Comites Nivernenses in festo paschali ad monasterium accesseritis memoratum, nomine procurementis centum librarum usualis moneta, qua pro tempore curret, sitis summa contenti, tantumdem in festo beatae Marie Magdalene procurementis nomine recepturi, si ad monasterium accesseritis supradictum, ad protectionem ejusdem monasterij, secundum quod de jure tenemini, dantes operam efficacem. Ut ergo super hoc nulla possit in posterum via patere calumnia, tu & uxor tua per authenticum instrumentum Abbatis & conventui ejusdem monasterij promittatis vos id firmiter observatores, vestros nihilominus successores ad hujus rei observantiam obligantes, & ad maiorem cautelam faciatis hoc per carissimum in Christo filium nostrum [Philippe] I illustrem Regem Francorum auctoritate regia confirmari; mandatum nostrum taliter impletur quod divinam & apostolicam gratiam possitis exinde uberiori promereri. Damus itaque venerabili fratri Episcopo & dilectis filiis Abbatis sancti Victoris & Cancellario Parisiensi nostris litteris in mandatis ut postquam super hoc tu & uxor tua litteras secundum formam concesseritis supradicatum, te juxta formam Ecclesie a vinculo excommunicationis absolvant quo propter

idem negotium nostra es auctoritate ligatus, injungentes tibi sub debito praetiti juramenti ut ad imperrandam super hoc confirmationem regiam des operam bona fide. Abbatem vero & conventum praedictos ab omni de revimus impetitione cessare, omnemque remittere quaestionem que ipsis adversus te Comitem super damnis & injuriis comperebat, decimis de Dornitiaco duntaxat exceptis, super quibus eis satisfieri volumus & mandamus. Datum Laterani 11. Idus Aprilis, pontificatus nostri anno decimo sexto.

Scriptum est super hoc Episcopo, Abbatii sancti Victoris, & Cancellario Parisiensi, verbis competenter mutatis. Quod si non omnes &c. tu frater Episcopo &c. Tu denique &c.

*ARCHIEPISCOPO ET
Abbatis sancti Pauli Narbonensis, & Priori Fontisfridi Narbonensis dioecesis.*

Carissima in Christo filia illustris Regina Aragonum de hominibus Montepessulanis plenam injuriis nobis obtulit questionem, qui, sicut assertit, redditus loci ejusdem, castrorum & villarum in districtu Montepessulanis existentium, ad eandem Reginam de jure spectantes, eidem a viro suo illustri Rege Aragonum titulo pignoris obligatos, contra iustitiam detinent & ei reddere contradicunt, cum ipsa pignoris obligatio, utpote de re dotata, de jure robur non habuerit firmitatis, qua si aliquem fortita fuisse effectum, tanto tempore ipsarum rerum redditus perceperunt quod non solum extenuatum est debitum, verum etiam non modicam summam pecuniae restituere tenentur eidem; castrum nihilo minus, quod ibidem habebat, funditus* diruerunt, inde lapides, & camenta in majoris contemptus opprobrium alportantes, & ad jura dominij manibus suis extensis, Notarium & Consules in Montepessulano fecerunt contra voluntatem ipsius, & in damnum ejus pisces vendi faciunt in locis aliis quam consuetum fuerit ab antiquo, nomine Consulum, & non Reginae, facientes banna & edicta propone. Praeterea castrum de Latis, quod multis inhabitabatur hominibus, partim ruina, partim incendio destruxerunt, pluribus ex ejusdem loci hominibus interfecit. In iis autem & aliis eadem asserebat Reginae se magna multorum milium mearium & plurium solidorum per illorum injurias incurrit: qui etiam, tamquam haec non sufficerent ad offensam, de quadam castro ipsis Reginae carissimum in Christo

* Reste, ut
pater ex actis
edictis Gariel,
lo pag. 279.

B B b b b iij